Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ezechiel

92

pollutae sunt iustificationibus suis si sint in ipsum et ego sum
eius in deum aut domus exercituum Et factus est sermo domini ad me dicens
fili hominis terra ad praevaricandum in me praevaricata extendam manum meam
super eam et conteram virgam panis eius et immittam in eam famem
et interficiam de ea hominem et iumentum Et si fuerint tres viri isti in
medio eius Noe daniel et iob ipsi iustitia sua liberabunt animas suas
aut dicit dominus exercituum Et si bestias pessimas induxero super terram
ut vastem eam et fiat inhabitabilis eo quod sit praesertim ipsis bestiis et
tres viri isti fuerint in ea vivo ego dicit dominus quia nec filios nec filias
liberabunt sed ipsi soli liberabuntur terra autem desolabitur Vel si gladium
induxero super terram illam et dixero gladio transi per terram et interfe
cero de ea hominem et iumentum et tres viri isti fuerint in medio eius
vivo ego dicit dominus deus non liberabunt filios neque filias sed ipsi
soli liberabuntur Si autem et pestilentiam immisero super terram illam et
effudero indignationem meam super eam in sanguine ut auferam ex ea
hominem et iumentum et Noe et daniel et iob fuerint in medio eius vi
vo ego dicit dominus quia filium et filiam non liberabunt sed ipsi iustitia sua
liberabunt animas suas haec dicit dominus deus Et si quatuor iu
dicia mea pessima gladium et famem et bestias malas et pesti
lentiam misero in hierusalem ut interficiam de ea hominem et pecus
et relinquetur in ea salvatio educentur filios et filias Ecce ipsi
egredientur ad vos et videbitis viam eorum et adinventiones eo
et consolabimini super malo quod induxi in hierusalem in omnibus quae in
portavi super ea et consolabimini super vos cum videritis viam eorum
et adinventiones eorum et cognoscetis quia non frustra fecerim omnia quae
fecerim in ea ait dominus deus Sermo xcvi

XV

Et factus est sermo domini ad me dicens fili hominis quid
fiet ligno vitis ex omnibus lignis nemorum quae sunt in
lignis silvarum Numquid tollentur de ea ligna ut fiat opus aut faba
fabitur de ea paxillus ut dependatur in eo quodcumque vas Ecce igni
datum est in escam vacuumque parte eius combusserit ignis et medietas
eius redacta est in favillam Numquid utile erit ad opus Etiam cum est integ
ri erit aptum ad opus quanto magis cum ignis illud devoraverit et consumpserit